FRANCKESCHE STIFTUNGEN

DFG

6. Epistolar

Brief von August Hermann Francke an [Unbekannt].

Francke, August Hermann

Halle (Saale), 04.10.1710

Nutzungsbedingungen
Die Digitalisate des Francke-Portals sind urheberrechtlich geschützt. Sie dürfen für wissenschaftliche und private Zwecke heruntergeladen und ausgedruckt werden. Vorhandene Herkunftsbezeichnungen dürfen dabei nicht entfernt werden.
Eine kommerzielle oder institutionelle Nutzung oder Veröffentlichung dieser Inhalte ist ohne vorheriges schriftliches Einverständnis des Studienzentrums August Hermann Francke der Franckeschen Stiftungen nicht gestattet, das ggf. auf weitere Institutionen als Rechteinhaber verweist. Für die Veröffentlichung der Digitalisate können gemäß der Gebührenordnung der Franckeschen Stiftungen Entgelte erhoben werden.
Zur Erteilung einer Veröffentlichungsgenehmigung wenden Sie sich bitte an die Leiterin des Studienzentrums, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

Terms of use
All digital documents of the Francke-Portal are protected by copyright. They may be downladed and printed only for non-commercial educational, research and private purposes. Attached provenance marks may not be removed.
Commercial or institutional use or publication of these digital documents in printed or digital form is not allowed without obtaining prior written permission by the Study Center August Hermann Francke of the Francke Foundations which can refer to other institutions as right holders. If digital documents are published, the Study Center is entitled to charge a fee in accordance with the scale of charges of the Francke Foundations.
For reproduction requests and permissions, please contact the head of the Study Center, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

urn:nbn:de:gbv:ha33-1-12467

Visual Library

91 (A 135)

Hauptbibliothek des Waisenhauses 21

Jesum!

Amice in Domino Jesu perdilecte.

Accepi heri litteras, à Dno Dre Lutkens ad me perscriptas, quæ de ~~adjungendo~~ Te ministris Dei apud Indos agentibus adjungendo consilium mihi redintegrarunt. Huc usque enim rebus Daniæ consideratis, anceps mihi visum est, num fieri omnino possit, ut illis Dei Servis laborum socios, quos poposcerunt, transmittamus. Nunc autem Regina Daniæ ex ipso Regis ore acceptum cum Dno Dre Lutkens communicavit responsum, velle Suam Majestatem eos, qui hinc missi Examini Theologorum suorum se subjecerint, tutari ac protegere. Quo facto, quum simul cum onere sumtuum faciendorum libertas eos, quos ad tantam rem idoneos credidero, mittendi mihi relicta sit, jam etiam illud, quod animum tuum subiisse audio ~~dubium~~ de vocatione ad tanti momenti negotium legitima dubium facile exspirabit. Accepimus enim non modo vocem illam Operariorum probatorum ad nos in hunc sensum quasi delatam: transeuntes in Indiam, succurrite nobis; Sicque non ~~nec illi~~ modo illi innuerunt consortibus ut venirent, et sibi opitularentur; sed etiam Rex ipse,

penes quem hujus negotii in terris arbitrium est, votis illorum
quantum in se est, satisfacturus ~~ferre vult~~, ~~ac~~ mittendis regia sua
auctoritate ac tutela vult prospicere. Est itaque ostium peni-
tus apertum, ut quod rei tantae desit, nemo amplius desiderare
queat. Nec sumtus ~~ad rem tanti molimines~~ desunt.
Undique enim a notis ignotisque illi voluntaria
oblatione, ut Ex: 35, 29, ad Evangelii inter Gentes
praedicationem, non abundanter quidem, quantum tamen
satis est, collati. Rebus igitur ita se habentibus,
neque ego, si te velim πορευεσθαι πρὸς τὰ
ἔθνη, neque tu, si ~~vocanti~~ mea hac in re obsequaris volun-
tati, seu potius numini divino obsecundes ~~vocationique~~, temeritatis poteris incusari.
Te autem praecipue ministerio huic accingi cupio,
utpote iis in scientia theologica gaudentem pro-
gressibus, ut Examini Hafniensium Theologorum
haud dubitem te objicere, possisque etiam Frickio
aut cuicunque itineris socio, tua conversatione subve-
nire. Caeterum in eum res rediit locum, ut si te Fricki-

unque missos faciam, praesto mihi haud sint alii, quos in locum vestrum substituere possim. Fieri itaque posset, ut non modo hoc anno ~~de spe sua deciderent~~ illi Dei Servi, qui adjutores tam avide exspectant, de spe sua deciderent, seu etiam, quod nunc late patet, ostium anno proximo occlusum deprehenderemus. De his omnibus heri cum Dno Dre Antonio sum colloquutus, fuitque is nostrae consultationis eventus, ut eo plenissime consentiente isthaec ad te perscribam. Licet enim is per litteras jam tui mentionem Altstedii fecerit; addidit tamen, te aliqua obligatione teneri, quae obstet, quo minus certi quid de te possit polliceri: quam ego clausulam eum non puto sine nutu divino adjecisse, nimirum, ut sarta tectaque tibi relinqueretur partis melioris electio. Neque enim dubito sic appellare negotium Indicum, quo nec nostra nec majorum nostrorum, Augustanae Confessioni addictorum, aetas pulchrius vidit, immo cui simile vix habent saecula posteriora. Terque quaterque beatam ego eorum conditionem

eſſe exiſtimo, qui, freti auxilio numinis, alacriter et
constanter iſtiusmodi negotium, emolumentorum
temporalium expers, periculorum vero pleniſſi-
mum, capeſſunt ſuſtinentque. Non addam
plura, niſi quod te monendum ~~putem~~, Te
mea cauſſa nihil oportere in graviſſimo hoc negotio decernere
et agere, ſed hoc a me expeti unice
ut, re omni maturius conſiderata, quid
tibi Christi cauſſa decernendum agendumque
ſit, cui ſoli et ~~et conſiſtent~~ vivimus et morimur.
Quod autem ad me attinet, ~~Tantummodo~~ ne in cauſſae ipſius praejudicium
opportunitas temporis mihi eripiatur, id ~~ergo~~
te rogo, ut, quam ocyſſime fieri poterit, mihi
reſpondeas, et, quid tua te conſcientia agere
jubeat, me certiorem reddas. Dominus di-
rigat mentem tuam ſecundum ſanctiſſimam
ſuam voluntatem. Vale. ~~in Domino~~

Hal. d. 4. Oct. 1710. Tuus Aug. H. Franckius.